



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 13. S. Sabas Constantinopoli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

si animum ita incendit, ut ambos Sedi- Sæculum VI.  
bus suis pellere statuerit. A. C. 511.

§. XIII.

*S. Sabas Constantinopoli.*

Interea S. Sabas, ceterique ex Palæstina vita S. Sab.  
Abbates Constantinopolim pervene- n. 51. p. 298.

runt, petieruntque admitti in conspe-  
ctum Imperatoris, qui omnes intrare  
jussit. Cum essent in Vestibulo, Silen-  
tarii, qui fores custodiebant, omnes in-  
trare sinebant, excepto S. Saba, quem  
credebant esse mendicabulum, quod ve-  
ste squalida, & multoties refarcita tectus  
incederet. Imperator ceteros omnes  
humane excepit, amabat enim Mona-  
chos, legitque, quam reddiderunt, Eliæ  
Patriarchæ Epistolam scriptam in hæc  
verba: *Mitto tibi ex optimis, & fidelis-  
simis Dei Servis selectissimos, qui ceteris  
in tota Eremo præsent, & cum ipsis Do-  
minum Sabam, totius Palæstinæ Lumen.*

p. 299.

p. 297.

Quærit Imperator, ubi esset; Abbates  
circumspicere, & mirari, cum nescirent,  
quomodo ab ipsis discessisset. Jussit Im-  
perator, ut diligenter perquireretur.  
Strepitum ediderunt Cubicularii, & Si-  
lentarii egressi, stantem & Psalmos re-  
citantem invenerunt in angulo. Addu-  
citur intra velum, videbaturque Impe-  
ratori, Angelum se conspicere. Tum  
omnes considerare jussi.

Qa

Cum



Sæculum VI.

A. C. 511.

p. 300.

Cum primum pauca fuissent locuti, quilibet Beneficium pro suo Monasterio expetiit. Hic circumjacentes agros Monasterio donari, alius aliud quidquam exoptabat. Imperator omnibus petita concessit, tumque conversus ad S. Sabam dixit: *Calogere. Id est, optime Senex! quare tam longum iter suscepisti, si nihil volebas a me petere?* S. Sabas respondit: *Præprimis veni, ut Pietatis tuæ pedes oscularer, antequam ex hoc Mundo egrederer. Deinde volebam nomine Sanctæ Civitatis Jerosolymæ, & Patriarchæ nostri te rogare, ut Ecclesiis nostris Pacem daves, Sacerdotium non turbares, & sic tranquille diu noctuque pro tua Serenitate fundere ad Deum preces possemus.* Imperator Talentum auri afferri jussit, dixitque: *Accipe istud, Pater mi! & ora pro nobis, nam relatam est mihi, quod in Deserto multa Monasteria regas.* S. Sabas dixit: *Tempus hyemale hic transgam, & sæpius Principem venerabor.* Imperator, ceteris Abbatibus in Palaestinam dimissis, mandavit, ut S. Sabæ toties quoties vellet Regiam intrare, etiam nemine adventum ipsius indicante, liceret.

p. 52.

Elapsis aliquot diebus, ipso accersito dixit Imperator: *Archiepiscopus vester se Defensorem jactat Concilii Calcedonensis, quod Doctrinam Nestorii sua Autorita-*



*Et oritate suffulfit. Præterea Flavianum*  
*Antiochenum pervertit, & in suas par-*  
*tes traxit; cumque nihil propius esset,*  
*quam ut communi omnium consensu De-*  
*creta Calcedonensia anathematizarentur*  
*in Concilio, quod modo Sidone congrega-*  
*tum est, ipse solus cum Flaviano conspi-*  
*rans obstaculum posuit, & putat se mihi*  
*illufisse, scribens ad me in hunc modum:*  
*Rejicimus omnem Hæresim, quæ novi ali-*  
*quid contra Fidem Orthodoxam attulit,*  
*nec ideo, quæ Calcedone acta sunt, recipi-*  
*mus, quia inde scandala sumserunt origi-*  
*nem. (\*) His verbis se decepisse nos cre-*  
*dit; sed satis nobis liquet, esse Concilii*  
*Calcedonensis, totiusque Nestorianæ Hæ-*  
*resis Defensorem. Nec id antea nos la-*  
*tebat, dum in Depositionem Euphemii,*  
*& Macedonii, qui ambo Nestoriani sunt,*  
*consentire recusavit. (\*\*) Hinc volumus,*  
*ut ejiciatur, & in hac Sede Apostolica*  
*Vir dignus, & Orthodoxus collocetur, ne*  
*Loca Sacra Nestorii erroribus profanen-*  
*tur.*

Sæculum v.  
A. C. 511.

S. Sabas.

p. 301.

Q 3

S. Sa-

(\*) Ecce Elias Patriarcha Jerosolymitanus Vir Catholicus Doctrinam Concilii Calcedonensis recipit, & non Concilium. Distinctio valde subtilis, cui hodie vix, & ne vix quidem, locus concederetur.

(\*\*) Anastasius Imperator se rebus ingessit, quæ supra Jurisdictionem Principis Sæcularis sunt. Hinc illæ lacrymæ!



Sæculum VI. S. Sabas respondit: *Noli dubitare,*  
A.C. 511. *Auguste! quin Archiepiscopus noster Do-*

*ctrinam edoctus antiquorum Patrum no-*  
*strorum, qui Miracula patraverunt, fue-*  
*runtque Deserti Lumina, æqualiter tam*

p. 302. *Divisionem Nestorii, quam Confusionem*  
*Eutychis rejiciat, & in medio per viam*  
*Fidei Catholicæ incedat. Scimus, quod*  
*nullam aliam, quam Doctrinam S. Cy-*  
*rilli Alexandrini teneat. Igitur obte-*  
*stamur te, ut S. Civitatem Jerusalem in*  
*pace custodias, ubi Salutis Nostræ My-*  
*sterium manifestatum est, ibique Sacer-*  
*dotium non concutias. Commoverunt*

Prov. 10. 9. *Imperatorem boni Senis Sanctitas, &*  
*Simplicitas, dixitque: Verum est, quod*  
*dicit Scriptura: Qui ambulat simplici-*  
*ter, ambulat confidenter. Ora pro nobis,*  
*nec sollicitudo te angat. Tibi dabo, ut*  
*nihil grave de Archiepiscopo vestro de-*  
*cernam. Faciam, ut omnibus votis tuis*  
*expletis redeas. His S. Sabas ab Impe-*

n. 53. *ratore digressus ad Imperatricem Arian-*  
*nam se intulit, cui postquam benedixit,*  
*hortatus est, ut Leonis Imperatoris Pa-*  
*rentis sui Fidem conservaret. Illa: O-*

p. 303. *ptime sentis, Senex Sancte! sed utinam*  
*te audirent. Tum relicta Imperatrice,*  
*ut hominum frequentiam evitaret, ex*  
*urbe exivit, & in Suburbio Rufini man-*  
*fit. Ad S. Sabam sæpe invisebant Julia-*  
*na, & Anastasia Catholicæ, piissimæ, no-*  
*biliffi-*



bilissimæque sc̄eminæ, quæ veniebant, ut oscularentur pedes ejus, & Doctrinam haurirent. Juliana Imperatoris Valentiniani III. Neptis Ecclesiam Matri Dei Sacram in loco, quem *Honorat* dicebant, Asiam versus ædificaverat. Eam Imperator Anastasius permovere nunquam potuit, ut cum Patriarcha Timotheo communicaret, quamquam mille fraudes adhibuerit, & ipse Timotheus multis obsequiis Principem sibi conciliare conatus fuerit. Anastasia uxor erat Pompeji Patricii, & Nepotis Imperatoris Anastasii, qui eos persequebatur, tanquam Fautores Concilii Calcedonensis, & Macedonii, cui in exilio degenti ad vitam sustentandam necessaria suppeditabant.

Sæculum VI.  
A. C. 511.

*Theoph. an.*  
22. p. 135.  
*Cang. Const.*  
lib. 4. 15. 8. 14

Cum post paucorum dierum lapsum Imperator iterum S. Sabam vocasset, rogavit ille Principem, ut Civitati Jerosolymitanæ necdum integre soluta debita Tributi, *Cryfargyrum* dicti, quo ante annos 13. nempe anno 499. totum Imperium liberaverat, condonaret. Hæc debita centum libras auri conficiebant, quod istarum expensarum fontes designati defecissent, atque ad has pecunias cogendas exigebatur, ut Ecclesiæ quoque conferrent. Imperator præcepit Zotico Præfecto Prætorio, ut debitam Summam ex Palæstinæ tabulis deleret. Verum

*Vita n. 54.*

*Sup. l. XXX*  
*§. 21.*

Q4

Marinus,



Sæculum VI. Marinus, qui Imperatoris animo domi-  
 nabatur, superveniens dixit; Jerosoly-  
 mæ Incolas Nestorianos esse, & Judæos,  
 tanta Gratia indignos. Ad Marinum  
 S. Sabas dixit: *Absit, ut te Imperatoris  
 Clementiæ in Ecclesias opponas! avari-  
 tiam fuge. Cave tibi! nisi feceris, im-  
 provisa mala te brevi obruent. Repen-  
 tino casu omnibus bonis privaberis, Do-  
 mus tua incendio procumbet, totum Im-  
 perium tuo involves periculo.* S. Sabas  
 deinde rogavit Imperatorem, ut se in  
 Palæstinam remitteret, iterumque a Prin-  
 cipis manu unum talentum accepit;  
 verum remissionem pecuniæ, quæ de  
*Cryfargyro* solvenda supererat, non ob-  
 tinuit. Navigium rediturus conscendit  
 Mense Majo Indictionis quintæ, nempe  
 anno 512. Vix exinde aliquot Menses  
 effluxerant, Marinus exorta seditione  
 implicitus, ædes ejus flammis absumptæ,  
 & reliqua Vaticinii impleta.

## §. XIV.

## S. Joannes Silentarius.

Sub initium Regni Anastasii Imperato-  
 ris Monasteria Palæstinæ in quoddam  
 Anarchiæ genus delapsa erant, partim  
 tepore illorum, qui S. Passarioni succes-  
 serant, & nimium rerum temporalium  
 cura tenebantur, partim Schismate Ace-  
 phalorum, quos Imperator tuebatur.  
 Itaque